



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou
diakonou ...**

Georgius <Pisida>

Lutetiae, 1585

Brumæ & verus descriptio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)

Instar puellarum choros agitantium,
Digitosque conferentium inter se suos,
Vitæ decoræ vt choream agant pulcherrimam.

Comparatio
temporum
vicissitudinis
cum chorea.
Theod. Cyr^o
in amic. exul.

O quanta, quamq; ampla est, tuorū operū, DEVS,
Opifex potestas hæc, palàm oculisque omnium!

280 Bruma vigente, arbusta stirpésque ocyùs
Penetrabili vstæ frigore, arescunt: decor
Recedit, infirmi labascunt ramuli,
Cadunt folia, tanquam cadaueri pili.
Post paululum labem eluunt istam arbores,
Reddunt venustatem, comas gignunt nouas,
Baccis decus inest, folia sunt velut comæ,
Hæc abditis quasi è sepulchris prodeunt,
Generis sui assuetam ad reuiuiscenciam.

Brumæ &
veris descri-
ptio.

Æstatis ecce tempus instat, nec scio
290 Quonam modo Sol ille flammis lucidus,
Momento eadem temporis, cursu & pari,
Hic inficit nigrore vultus quos cremat,
Idem alibi rursus alba corpora indicat:
Idem aridi fœtus satorum vt sint facit,
Reddit liquorum idem vapores humidos,
Hos namque miscet cursibus per aërem.
Viæque comes vdo calens adiungitur,
Vt temperatum misceatur in modum,
Hæc qualitatum summitas, quæ ipsis inest:

De Æstate &
Solis effecta.

300 Ne rapidè adurat omnia immodicus calor,
Cùm nullus adsit intus vuidus vapor:
Neu humoribus redundet iste neutiquam

Hic locus
est suspect^o.